EVANGELIUM MATTHAEI. GLOSSA ORDINARIA
Frankreich (?), 12. Jh. Seite 86r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26149
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Tdue rex iudeorum.
ad illudendum & flagellandum
et crucifigendum. et tercia
Tut iam certa resurrectione euacuet scandalum crucis.
die resurget. Tunc accessit
ad eum mater filiorum zebedei.
cum filiis suis. adorans & petens
aliquid ab eo. dixitque ei. Quid uis.
Ait illi. Dic ut sedeant hi
duo filii mei unus ad dexteram
& unus ad sinistram tuam in
regno tuo. Respondens ihesus
dixit. Nescitis quid petatis. Po
Tuia ante humiliationem passionis uultis exaltari.
testis calicem bibere quem
ego bibiturus sum. dicunt
ei. Possumus. Ait illis. Calicem

Audita resurrectione putauit eum ilico in memoria sedi aduenit regnatum. et auiditate feminea presentia cupit. immemor futurorum.

Quid uis. Non dignor antea sed ut palam illa proferat. et ipsi sit occasio docendi.

Dic ut s. Bonum desiderium sed inconsiderata peticio. et ideo non uoluntas non propositum culpatur. sed ignorantia. et si impetrare non debet. simplicitas non meretur confundi.

Nescitis. Mater petente filiis respondet. quorum uoluntate illa petierat.

Nescitis. qui sedem glorie queritis. quam non dum meruistis. delectat culmen honorum quos non dum exercuit uia laborum.

Potestis. h. Et sciebat quod eius passionem potuerant imitari. sed hoc dicit ut eo interrogante et illis respondentibus omnes audiamus. quia nemo potest cum christo regnare nisi passionem eius sit imitatus.

In expertis leuius uidetur quod experti timuissent.